Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-432639-p0001-8

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-432639-p0002-3

ET HIC QVOQVE

DE

MEDIIS, AD EXSTIRPANDA CRIMINA IDONEIS,

ALIQVID,

PROGRAMMATE,

# DIEBVS PENTECOSTALIBVS FESTIS

DICATO,

SCRIPSIT

ACADEMIAE ROSTOCHIENSIS RECTOR,

IAC. FRIDERICVS ROENNBERG,

IVR. DOCTOR ET MORAL. PROF. PVBL. ORDINARIVS,

NEC NON

SOCIETATIS REGIAE SCIENTIARVM ATQVE ARTIVM,
IN ACADEMIA FRANCOFVRTANA AD VIADRVM
FLORENTIS, SODALIS.

*ROSTOCHII,*

LITERIS ADLERIANIS.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-432639-p0003-9

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-432639-p0004-5

Orbi terrarum per redemtionem IESV CHRISTI genus felicitatum acquiſitum eſt omne. Cuncta noua facta ſunt prout in Spiritualibus ita etiam in Secularibus. Ad hancce et in terris beatitudinem ampliandam firmioremque reddendam, Redemtor noſter diuinus ſancti ſui Spiritus dona in Apoſtolos effudit, vt, miraculoſe edocti, omnibus populorum linguis, vbique terrarum, docerent Euangelium, et dogmata ad aeternam ſalutem conſequendam neceſſaria. Saluator mundi per Apoſtolos omnia omnibus in gentium regionibus a priſcis naeuis, delictis, criminibusque, reſtaurauit puriora. Quae quum ita ſint, maiores noſtri, inde ab eo tempore, quo tanta in nos beneficia diſpenſauit benigniſſimus clementiſſimusque Redemtor, tantorum memores donorum, atque, vt perpetua eorum conſeruetur memoria, dies Spiritui ſancto dicatos *Pentecoſtales*, quos vocant, adornauerunt. Pro more igitur conſueto *Vos* ego, *Ciues* omnium ordinum honoratiſſimi, dilectiſſimi, ad pie celebrandum hoc praeſens *Pentecoſtale* feſtum, admoneo, obſecro atque obteſtor.

Frugifera illa *Pentecoſtalia* contemplatus, totusque perſuaſus, quod Religio noſtra ſacratiſſima omnes actiones noſtras reddat meliores; de *criminibus exſtirpandis* meditationes aliquas prolaturus, inter alia quoque demonſtrare auſus ſum, quod Religio chriſtiana id potiſſimum efficere poſſit, vt nempe radicitus crimina exſtirpentur. Pagellae autem praeſentes tam anguſtae deputatae ſunt, quo minus, tanti ponderis argumentum, pro grauitate obiecti, explanare queam, vt potius non niſi rudimenta hic delineare valeam. His praemiſſis, me ad rem ipſam adcingo.

Media exſtirpationem criminum pro ſcopo habentia vel *generatim*, vel *ſpeciatim*, conſiderari poſſunt. *Generalia* hoc de themate proferens enucleabo omnia, omnium intuitu delictorum, quae ad illa e medio tollenda vſum praeſtare poſſunt. *Specialia* vero huius rei delineaturus, ex indole ac natura cuiuscunque delicti exhaurire debeo, quae ad hoc vel illud delictum ſpeciale deſtruendum, idonea inueniuntur. Primo *generalia* et poſt haec *ſpecialia*.

Media iſthaec generalia iterum diſpeſcuntur in illa, quae ad tollendum crimen haud ſufficiunt; vel in ea, quae omnino eximio fini congruunt.

Spuriis iis mediis adnumero *Fiſcalis* conſtitutionem, introductionem *Delatorum*, atque poenarum *exaſperationem*. Fiſcalem ſeu procuratorem Fiſci quod attinet, is imbecillis manebit, cum calliditate atque aſtutia criminoſus in tenebris, ſeu occulte, peccat. Porro in Fiſcalem, ſuo abutentem officio, applicationem inuenit Quintilianum illud: *Accuſatoriam vitam viuere, et ad deferendos reos praemio duci, proximum latrocinio eſt.* a) Aequali,

a) Inſtitut. orator. libr. 12. C. 7. et *Leyſerus* in meditatione ad D. Specim. 50. de cauſſis odii erga advocatos Fiſci eorumque flagitiis.

Aequali, ad crimina exſtirpanda, *Delatores* laborant inſufficientia. Hi ſunt homines occulti, vilioris conditionis, qui, ſtipendio ac mercede conducti, in calumniatores degenerant quam ſaepiſſime; et ſic magis flagitiorum nutritores inueniuntur, quam morum correctores.

Temporibus Romanorum aureis, libera adhuc re publica, nullus erat aduocatus Fiſci, nullusque delator. b) *Tiberius* autem, tirannorum more, qui inquieta conſcientia nullibi ſe tutum exiſtimauit, delatoribus atque accuſatoribus campum aperuit liberum, adeo, vt etiam praemiis honoribusque eos exſuſcitaret atque alliceret. c) Haec eſt iſtius hominis effigies a *Tacito* deſcripta. „Is, delatorum, inquit d) quidam, formam vitae iniit, quam poſtea celebrem miſeriae tempora et audaciae hominum fecerunt. Nam egens, ignotus, dum occultis libellis ſaeuitiae Principis adrepit, mox clariſſimo cuique periculum faceſſit, potentiam apud vnum, odium apud omnes, adeptus; dedit exemplum, quod ſecuti ex pauperibus, divites ex contemtis metuendi perniciem aliis, ac poſtremum ſibi, inuenere. Porro, anxia, dolens e) et pauens ciuitas, congreſſus, colloquia, notae ignotaeque aures vitari, etiam muta et inanimata, tectum et parietes circumſpectabantur." Haec peſtis rei publicae ita ſaeuiuit, vt, his miſeris temporibus, et potiſſimum ſub *Tiberio*, *Caligula*, *Claudio* aeque ac *Nerone*, non ſenes, non foeminae a delatoribus accuſatoribusque eſſent liberae, et coniuges a coniugibus, amici ab amicis, conſanguinei a conſanguineis, imo et parentes a liberis, accuſarentur.

Tandem

b) *Cicero* de officiis libr. 2. n. 47. 49. 50.
c) *Tacitus* annal. 4. Cap. 30.
d) Libr. citat. 1. Cap. 74.
e) annal. 4. Cap. 69.

Tandem Imperator ille *Titus*, cuius nomen et multa poſt ſecula magna cum laude et gloria nuncupatur, iſtud delatorum genus profligauit et ſic, teſte *Suetonio* f), Senatum populumque Romanum ab his diris liberauit.

Iudicia illa *Germanorum* denunciatoria, quae vulgo *Ruege Gerichte*, *Quatember*, *Hagedorn*, *Fünſer et Inzicht Gerichte* nominantur, omnino ſunt quam maxime deueneranda. Hic delatores, mercede conducti, erant nullibi, ſed Scabini et omnes iurisdictioni loci illius, quo celebrabantur, addicti, iurato, et ſub fide illa *Teutonica* maioribus noſtris tam ſancta, coram iudicio, palam ſub diu celebrato, omnes naeuos, flagitia, vitia, delicta aeque ac crimina nuncupare debebant. Potiſſimum erant judicia morum cenſoria, quibus praecipue puritas ſerenitasque morum, nec minus ſinceritas fidesque in negotiis gerendis, maioribus noſtris tam cara, cuſtodiebatur incolumis atque illibata. Et ſic vere erant media exſtirpationem criminum pro ſcopo habentia. Adſit et hic vberior deſcriptio horum iudiciorum venerabilium, et adſit quidem verbis MEISTERI omnium Criminaliſtarum, dum magnus BOEMERVS diem obiit ſupremum, ſane Principis, cuius vita, dum iam iam valetudinarius, non GEORGIAE AVGVSTAE ſolum, ſed et omnibus, rem literariam colentibus in votis eſſe debet, ne tanto viro, animi dotibus adeo illuſtri, et in tota iurisprudentia nemini ſecundo, in iurisſcientia criminali vero omnium doctiſſimo, ſic et integritate vitae venerando, mundus orbetur — Im weitläuftigen Verſtande werden alle Gerichte, inquit MEISTERVS, vor welchen an einem beſtimmten Tage die ſaemtlichen Iurisdictions-Vnterthanen erſcheinen, vnd auf eidliche Treue vnd

f) In Tito C. 8.

vnd Glauben die ihnen bekanten Verbrechen anzeigen müſſen, *Rüge-Gerichte* genannt. Sie ſind aber von zweierlei Gattung. Einige ſind in verſchiedenen Provinzen durch neuere Landesgeſetze, welche Cenſur oder Rüge-Ordnung genannt zu werden pflegten, vnter den ausdrücklichen Namen der *Rüge-Gerichte*, zu dem Ende angeordnet, daſs nicht nur dem Richter an einem gewiſſen Tage alle ſchwere vnd geringe Verbrechen eidlich geoffenbaret, ſondern auch andere Laſter, Fehler, Misbräuche vnd Vntugenden, die eigentlich keine Miſſethaten ſind, vnterſuchet, gebeſſert, vnd gebüſſet, werden ſollen — — — Bei der groſſen Verſchiedenheit in der Einrichtung vnd dem Verfahren dieſer Gerichte, läſst ſich von ihnen nicht viel Allgemeines mit Gewisheit behaupten, ſondern ihre Verfaſſung muſs aus den beſondern *Rüge-Ordnungen* vnd Gewohnheiten erkant werden. Indeſſen ſcheint doch die gröſte Anzahl derſelben darin übereinzukommen, daſs nur ein kurzes Verfahren beobachtet werde, daſs die von ihnen zuerkante Strafen mehr eine zur Verbeſſerung der Sitten abzielende Züchtigung, als für Strafen im eigentlichen Verſtande anzuſehen ſeyn; daſs ſie viermal im Iahr gehalten werden, vnd deswegen *Quatember-Gerichte* heiſſen, daſs ſie keine Aduocaten zulaſſen, daſs der Richter nicht befugt ſey, Sporteln zu nehmen, daſs er endlich den *Rüge-Zeddel* genau vnterſuchen, vnd die gerügten ſchweren Verbrechen zu den peinlichen Gerichten bringen müſſe. g)

Quia

g) *Meiſters* ausführliche Abhandlung des peinlichen Proceſſes in Deutſchland pars I. Sect. I. C. I. §. 16. Perilluſtris *Quiſtorp*, iam dudum in rebus criminalibus, laudabili aemulatione, pro ſummis in hac ſcientia faſtigiis cum *Meiſtero* certans, eadem delineavit haec iudicia cenſoria vid.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-432639-p0009-6

Quia autem haec iudicia cenſoria iam dudum in deſuetudinem venerunt, et noſtris temporibus haud conſentanea, pro ſcopo propoſito mihi non valeant. Prius tamen quam progredior, non poſſum facere quin hoc quidem loco obſeruem, quod in *Patria noſtra*, quae et ab antiquiſſimis temporibus vsque hodie, bonis tam valebat moribus, vt *Mecklenburgicus* in genere, vir fortis, integer, ſcelerisque purus, cum gloria vbique nominaretur, quoque *iudicia* illa *denunciatoria* ſeu cenſoria celebrata fuerint. Prouoco teſtem *ordinationem* illam *Prouincialem* Tit. 14. vbi iudicia haec commendata leguntur his verbis: Damit die Mishandlung gebührend geſtraft, ſollen die *Rüge-Gerichte* in vnſerm Lande mit Fleis erhalten, auch, wo bishero keine gehalten, aufgerichtet werden, dann dadurch viel Vebels geſtraft, vnd mancher dadurch Böſes zu thun, abgehalten wird. Porro formula inſtructionis iam iam nota eſt, Wornach die *Rüge-Gerichte* bei Ausforſchungen vnd Beſtrafungen der Laſter vnd Verbrechen ſich zu reguliren haben. Güſtrow 1683. h)

Venio ad reſoluendam quaeſtionem, num poenae *exaſperatae* criminibus prouidere queant?

Me

vid. eius *Grundſäze des deutſchen peinlichen Rechts* §. 435. Qui explicationem de his iudiciis deſiderat vberiorem, ei illa in promtu eſt apud *Mylium* de iudiciis denuntiatoriis Sax. Rüge-Gerichte dictis, Lipſiae 1737.

h) Nihiloſecius illuſtris *Martini* Diſſertationem ſcripſit de non vſu Iudic. denunciator. in *Megapoli*. At, ſalvo honore tanto Viro et in hiſtoria et in iure patrio verſatiſſimo debito, me non habeo de ſententia eius perſuaſum. Idem hac de re mecum ſentiunt *Hertius* in iure Germanico fulgidiſſimus in ſuis Comment. et Opuſcul. Volum. I. Tom. II. p. 458. ſicuti *Quiſtorpius*, *Meiſterus* loco iam ſupra cit.

Me quidem iudice, hoc fieri nequit. Omnis poena proportionata eſſe debet delicto. Hocce principium ſanae rationis vniuerſale ab omnibus adoptatum a *Carpzovio* vsque ad *Beccariam*. At non ita placet Perilluſtri *Michaeli*, qui non ſolum in Criticis et Philologicis ſacris vndique lumen diuulgauit, ſed etiam Studiis iuridicis per *Ius Moſaicum* ab ipſo mirifice elaboratum, non exiguam praeſtitit vtilitatem. Quantitatem poenae Vir doctiſſimus non delicto, ſed impreſſioni in animum vulgi aequiparare videtur. i) Quo autem modo exemplum iuſtitiae alicuius ponderis eſſe poteſt, niſi delictum inter et poenam proportio adhibeatur arithmetica? Nonne vulgus miſericordia in delinquentem commotus, acerbitatem atque duritiem in puniendo exſecrabitur, et deteſtabitur? Nonne, poenam mitigatam ſenſibus late patentem et obuiam flocci pendet, quum, animo tranquillo et ab impreſſione ſenſitiua alieno, grauitatem delicti, et poenae lenitatem ponderat? Nonne, quaeſo, eſt poenarum ſcopo quoque conſentaneum, vt illud, quod peccauit, malum luat? Haec incidenter. Poenae igitur exaſperatio per ſe, non enim adhibita ratione qualitatis delictorum, iniqua eſt omnino. Prolatum hoc ſequentem in modum probo. Non ſolum quod, ſed et *quomodo* crimen ſit perpetratum, perſcutandum inueſtigandumque eſt. Circum-

i) Sic enim effatus eſt Eques laureatus in praefatione in Tom. VI. *Iuris Moſaici*, Hieraus iſt nun die Gröſſe der Strafen zu beſtimmen. Sie ſollen ſo gros ſein als der Endzweck es erfodert, das iſt hinlänglich vom Verbrechen abzuſchrecken. — — — — — Wäre es möglich durch eine geringe Strafe den allerfürchterlichſten Verbrechen zu ſteuren, ſo wählet man billig das allergeringſte zu ſeinem Entzweck hinlängliche Vebel.

cumſtantiis indiuiduis ſat perſpectis, iudex intelligere queat quo commiſſum ſit gradu moralitatis, atque ponderari poteſt quantitas moralitatis facti, nec non determinari imputatio curatius. Haec circumſtantiarum perſcrutatio quantitatem, nec minus qualitatem poenarum conſtituit. Qua itaque maiori moralitatis quantitate quisque delinquit, ea maiori afficitur poena; et quo minori libertatis gradu crimen conſumatum, eo leuior eidem infligitur poena. Hinc et poenarum mitigatio et exaſperatio a ſola delictorum qualitate dependet. Abhorret ergo Legislator ab exaſperatione in puniendis delinquentibus, quam maxime, abhorret, inquam, ab hac vt remedio exſtirpandi crimina, dum ſana ratione verisque et idoneis Iurisprudentiae criminalis principiis, immo et ipſa Iuſtitia edoctus, poenarum aggrauationem qualitati et quantitati delicti non conuenientem, omnem exuere humanitatem.

Sicuti a me hic ex ipſius rei natura eſſentiaque deductum eſt, quando ſuppliciorum exaſperatio inueniat locum, et non permittenda, niſi ex rationibus ſupra prolatis; ita et demandatum legitur, ab Immortali Matre k) IOSEPHI ſuper omnes, qui fuerunt Romanorum Imperatores, longiſſime evecti; ita praeſcriptum inuenitur a CATHARINA II. Ruterorum Imperatrice magna aeque ac Legislatore ingenio *Solonis* edocta; l) et ita ab omnibus Iusrisprudentiae criminalis traditum eſt Doctoribus m) et ita tandem Legislator praeſcripſit ipſe. Dixe-

k) in Conſtitutione Criminali *Thereſiana* Part. I. Art. 12.

l) *Catharinae* der zweiten Kaiſerin und Geſezgeberin der Ruſſen Inſtruction für die zur Verfertigung des Entwurfs zu einem neuen Geſetzbuche verordnete Commiſſion §. 198.

m) *Engelhards* Verſuch eines allgemeinen peinlichen Rechts aus den Grundſäzen der Weltweisheit §. 10. *Meiſteri* Princ. iuris criminal. Sect. II. p. I.

Dixerit autem quiſpiam: multiplicatis criminibus, ad exemplum ſtatuendum, ſupplicia exacerbanda ſunt. — Permultos ita ſentire Doctores, me non fugit. Prouocant nempe ad articulos C. C. C. 124. 130. 131. et 135. In his vero articulis Legislator non ob criminoſorum multitudinem ſed potius ob delictorum atrocitatem hinc qualitatem, augmentationem poenarum voluit. Sit vt ſit, lex tamen apud Romanos condita, adeſt, qua his verbis ſancitum: non nunquam euenit, vt aliquorum malificiorum ſupplicia exacerbentur, quoties nimirum multis perſonis graſſantibus exemplo opus ſit. o) Iam dudum immortalis LEYSERVS taxauit iudicem ex hac lege rationem exaſperationis poenarum deſumentem. „Peſſime, inquit, ſibi conſuleret tiro, qui deinde Iureconſultus aut iudex factus hanc regulam ad forum deduceret, et ſic, contra Articulum Carolinum 104 durius eſſet lege. Nam lex iſta 16. §. 10. D. de poen. ad officium iudicis plane non pertinet. p) Quamquam animadverſio haec omnino rationabilis, quin iudex non eſt Legislator, ſed tantummodo miniſter legum, hoc in caſu a poena qui non recedere debet ordinaria; attamen vult Vir doctiſſimus, alias ſublatus omnes ſuper opiniones praeoccupatas, Principi, delinquentibus multiplicatis, hanc legem ad ſupplicia exacerbanda, eſſe conſilium.

Verum

p. 1. §. 62. *Boehmeri* totius Iurisprudentiae criminalis a praeoccupatis opinionibus Reſtauratoris optimi Obſ. ad *Carpzov* Obſ. I. Queſt. 142 et in Meditat. ad Conſt. Carol. Criminal. art. 104. §. 3.

n) in Nemeſi Carol. art. 104. 105.

o) Leg. 16. §. 10. D. de poena.

p) In Med. ſuis. ad D. ſpecim. 656. m. 2.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-432639-p0013-5

Verum enim vero ponderanti prolata de indole ac ratione poenarum exaſperationis, et animo recolenti, ſaepius ab aliis iam commiſſa, redintegrari ab iis crimina, ob iuſtitiam mitius, quam poena ordinaria, ergo nec minus aggrauata, puniendis, ac denique experientia flebili edocto, poenis ordinariis grauioribus conſtitutis, nihilominus fures latronesque multiplicari: ſuppliciorum exacutio vt medium criminoſos coercendi ſemper diſplicebit, quippe nunquam ad finem obtinendum eſſe poſſit conſentaneum.

Ne autem principia in medium proferam, muſeum redolentia et a Iurisprudentia Criminali, quam practicam vocant, aliena, ad ſtabiliendum in hoc caſu exemplum, criminoſus, iam quantitate eximia moralitatis delinquens, ordinaria poena, ſeueriori, amplectendus eſſet, quia ſupplicium, ob idem delictum in maleuolos executum ſibi non ſumſit exemplum; et delinquens pro ſtatu, aggratiatione Principis haud indignus, etiam exempli cauſſa, poena mihi mulctandus eſſet ordinaria. Minime vero hic legem, vindictam iam ſtabilitam exaſperantem, augentemque ſuaſurus eſſem. Duo enim caſus ſunt poſſibiles: vel iudex ad hoc ſupplicium exaſperatum, delinquentem condemnare oportet, quod delicto, ob circumſtatias ſpeciales non quadrat, vel lex vt lata, ita et in deſuetudinem abiit. Si prius foret iniuſtitia omnem reſpuens humanitatem. Si poſterius, tunc laedetur, quae quouis modo intacta et ſancta manere debebat, legum Maieſtas, et poteſtas legiſlatoria fiet, certo modo, eluſoria, quippe quum leges latae ſint, quae applicationem inuenire nequeunt.

Ad hoc accedit, quod lux iam orta, qua magis magisque iudicia illuminantur criminalia. Iam celeberrimus *Claproth* q, non ſolum ex

q) Entwurf eines Geſezbuch, eſte Fortſezung, welche das Criminal-Recht enthält Frankſurt 1774.

Cathedra apud *Göttingenſes* famigeratiſſimus, ſed et in iuriſprudentia practica verſatiſſimus, aeque ac ſupra laudatus *Quiſtorpius*, ob cuius diſceſſum vsquedum *Patria* luget, dum *Vismaria* exſultat, et in eo *Aſſeſſorem Celſiſſimi et Regii Tribunalis* honorat grauiſſimum. Hi, inquam, Viri doctiſſimi iam delineauerunt methodum ad formandum conſtituendumque *Corpus*, vt ita dicam *Iuris Criminalis*, noſtris temporibus magis conſentaneum r) Iam *Zaupfer* s), *Sinteniz* t), *Mullerus* u) et anonymus quidam, v) et alii eodem laudabili amore erga genus humanum adducti, magna voce barbaram hinc vel illinc criminalia tractandi methodum reiecerunt. Iam *Onolsbachi* rerum humanarum amici congregati ſunt, quorum ſcopus eſt, vt vtar eorum verbis. w) Das Wohl der Menſcheit, ſo viel an ihnen liegt zubeſördern, ihre heilige Rechte geltend zu machen, Wahrheit zu ſuchen, vnd nach einem zum Grunde legenden Syſtem, über alle einzelne Gegenſtände der peinlichen Geſezgebung Licht zu verbreiten, trachten. Ihre Abſicht iſt, ferner durch Critic ihres Werks zur Erreichung ihres vnd des algemeinen groſſen Zweks allen philoſophiſchen Beſtrebens: *Wahrheit* noch mehr beitragen zu ſehen, quorum inquam ſcopus igitur maxime laudandus eſt, dum ad ſcriptum edendum

r) D I. Chr. *Quiſtorp* ausführlicher Entwurf zur Geſezgebung in Criminal und Straſſachen, Roſtock 1782.

s) Gedanken über einige Puncte des Criminal-Rechts.

t) Reden im Menſchenton.

u) *Mullers* Mittel wieder den Kindermord.

v) Sechs Auſſäze nicht ohne Paradoxie und Wahrheit I) Betrachtung eines Chriſten über Todes-Strafen.

w) Avertiſſement im *Schlözers* Briefwechſel part. 9. faſcic. 53.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-432639-p0015-6

dum animum aduertunt, ſub rubro *Geiſt der Criminalgeſeze*, in quo omnia ad ius criminale pertinentia perpendere volunt, vt, quae in vſum iurisprudentiae criminalis hactenus prolata, ſcriptis proſtant, emendentur. Eo firmiori quoque fiducia *Conſtitutionem Criminalem* ſperare licet, in humanitatem crudelitatem poenarum noſtris temporibus atque delictis minime conſentaneam, quae abiicit, modum in criminalibus procedendi reddit rectiorem, et ab omnibus, quibus *Nemeſis Carolina* laborat, naeuis leges, quas vocant criminales caſtigatas in ſe continet — x). Parum abſunt a nobis tempora, *Optimi Cives*, quae *Patriae noſtrae* hanc ſpem confirmatura ſunt. Iam dudum DVX AC DOMINVS NOSTER SERRNISSIMVS *Quiſtor-*

x) Quanta quanta quidem, non quia *Meiſtero* in Princ. iur. crim. Sect. I. §. 24. et *Kreſſio* in praef. comment. in C. C. C. §. 26. ita viſum, ſed quia vnicuique vere iudicanti in promtu eſt, quanta quanta, inquam, deſideranda ſunt in *Nemeſi Carolina*; tanta tanta nihiloſecius in ſaecula manebunt laus, gloria, atque grato animo honos *Carolo Vto* Imperatori tunc temporis *Germaniam* auguſtiſſime Regnanti: Tantis enim divortiis inter ius patrium et peregrinum: tanto diſcrimine inter leges conſultudinesque harum et illarum *Germaniae* Prouinciarum; iudiciis *Weſtphalicis* ſeu *Wehmicis* ad coercenda crimina a Carolo Magno ex nutu *Leonis* III. introductis, vitiis tamen et ipſis pollutis; totaque iudiciorum facie vbique deformata; et quod potiſſimum erat emendandae iuſtitiae impedimentum, tantis diſcordiis *Statuum Imperii* vehementer, ne per legem totam *Germaniam* obligaturam, propria poteſtas ipſorum legislatoria, limitetur, timentium: tantis inquam permagnis et innumeris impedimentis ſtrenue et feliciter deuictis, Conſtitutionem eam criminalem *Carolus quintus* toti *Imperio Romano Germanico* dedit, quae, habita iſtorum temporum quo condia eſt, ratione, etiam noſtris tempribus omni ea digna eſt veneratione.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-432639-p0016-2

ſtorpio, tum temporis in *Alma Fridericiana Bützouienſi* Profeſſoris iuris ſparta fungenti, delineationem conſtitutionis criminalis *Nemeſi Carolina*, adaequatioris demandauit. Iuſſis *Sereniſſimi* obediens Vir Perilluſtris ordinationem contexuit criminalem, quae, niſi me omnia fallunt, a *Dicaſteriis ducalibus* ſatis inſpecta, communicatis cum *Ordinibus Prouincialibus* conſiliis, tanquam conſtitutio criminalis *totam Patriam* obligatura a *Duce ſapientiſſime Regnante* erit promulganda. Dum itaque non ſolum apud nos, ſed etiam vbique, in tanta noſtri ſaeculi luce, emendatio totius iurisprudentiae criminalis ſperanda eſt; quomodo quaeſo, poenarum exaſperatio, veris remediis profligendi crimina poſſet adnumerari? —

Plane ergo inexſpectatum Edictum *Monachi* die VII. m. Iul. an. pr. aduerſus fures aeque ac latrones demandatum, hic, in nota, ob inauditum noſtro aeuo modum procedendi, deſcriptum e commercio epiſtolico *Schlözeriano*, legi. y) Mittamus haec et ad profligenda, etſi non profligenda, tamen minuenda delicta, magis idonea transgredientes media.

Haec

y) Schlözers Brefwechſel part. 9. faſc. 53. n. 44. Wir *Carl Theodor* Kurfürſt etc gebieten und verordnen demnach pro Imo: daſs der Raub überhaupt und ohne Vnterſcheid, ob derſelbe auf offener Land Straſſe oder anders wo ausgeübet wird, ob das Geraubte viel oder wenig beträgt, auch ob die Reſtitution wieder geſchehen iſt oder nicht, mit dem Rade beſtraft werde. Vnd wen ſolcher IIdo mit Binden, Schla- Verwunden, oder Peinigen der Leute, verübt wird: ſoll man den Miſſethäter nicht nur zur Richt-Sätte ſchleifen, ſondern auch lebendig von unten auf rädern, ſohin, den ohne Anziehung der Schnur um

den

Haec ad media refero primo *emendationem correctionemque* rei ſcholaſticae, ſecundo *tabulas ſeu deſcriptiones morum*, tertio, *praemia*, quarto, *Politiam* ſeu ordinem diſciplinae ciuilis, et denique quinto, *poenam in maleuolos condignam* eamque pro ſtabiliendo exemplo, *ſenſibus* quantum fieri poteſt, percipiendam. Licet

den Hals, den lezten Stoſs auf die Bruſt verſezen laſſen. Welches auch IIItio auf den Fall, wenn der Raub mit einer Mord-That vergeſellet iſt, ſolcher Geſtalt Plaz haben ſolle, daſs man den lezten Stoſs auf die Bruſt, erſt nach Verlauf 1, 2 oder 3 Stunden verſezt, ſofort den todten Körper viertheilen, und die Theile an öffentlichen Straſſen zu mererem Schrecken aufhängen läſst. IVto wer den Raub beiwonet, vnd von dem geraubrem Gute participirt: wird eben ſo, wie der Haupt-Täter geſtraft; wenn er gleich nicht Hand angeleget hat, ſondern nur ſpäh geſtanden, oder ſonſt beihuflig geweſen iſt. Gleiche Beſchaffenheit hat es Vto mit ienen, welche zwar nicht in der Tat ſelbſt, ſondern nur durch vorleufige Vnterredung und Anleitung, hiezu annebens von den geraubten Sachen participirt haben. Die in puncto Roboriae verſtrickte Weibsleute, werden VIto zwar nicht mit dem Rade, ſondern nur mit dem Schwerdt, iedoch nach obverſtandenen Vnterſcheid der Miſſethat, mit einem Zuſaz von 1, 2 oder 3 fachen glüendem Zangen-Zwick, geſtraft. VIImo. ſoll man iene, welche den Räubern Vnterſchleif geben, oder aushelfen, oder die geraubten Sachen wiſſentlich an ſich bingen, verbergen oder verhandeln, mit dem Strang, vnd ſo viel die Weibesleute betrift, mit dem Schwerdte, hinrichten. VIIIto bleibet es der Diebſtäle halber, welche nicht mit Gewalt vnd auf räuberiſche Art ausgeübt werden, zwar noch bei der ſchon ergangenen Criminal-Verordnungen; welche man aber auch mit mer Schärfe als bisher, vnd inſonderheit dasienige, was der Codex criminalis von Diebſtäle verordnet, welche mit Erbrechen Einſteigen, oder andern gefärlichen Vmſtänden geſchehen, ad litteram

zu

Licet viri magni nominis artem perpoliuerint paedagogicam, et inſtituta ſcholaſtica, quae *Philanthropaea* vocant, et publice et priuatim adornata ſint, nec minus librorum, ſcholaſtica pertractantium, incredibilis exiſtat multitudo; attamen in erudiendo efformandoque vulgo et plebe, ergo in educanda maxima populorum parte, neglecta ſunt propemodum omnia.

Si autem vulgus in dogmatibus Religionis Chriſtianae, quae vitam emendant, erudiretur, et ita certior vnusquisque ex plebe fieret de Omniſcientia, et Omnipotentia diuina, de praemiis virtutis et de poenis flagitiorum temporalibus et aeternis: ſi intellectus atque ratio vulgi a nebulis ſtupiditatis craſſiſſimis et praeoccupatis opinionibus libera-

zu befolgen, viel immer möglich kurzen Proceſs hierunter zu machen, hat.

Wir verſehen uns zu ſämtlichen mit der Criminal-Iurisdiction begabten Obrigkeiten, daſs ſie alle beſtimmte Strafen an den Dieben vnd Räubern auf das genaueſte vollziehen, mithin ſolche Exempel ſtatuiren werden, welche dieſen böſen Leuten einen mehrern Schrecken einzuiagen, ſohin die bereits ſo weit geſtörte Landes-Sicherheit wiederum herzuſtellen, vermögend ſein dürften.

Intuitu huius Edicti *Monacenſis*, quod hic ſine pro- et epilogo ad rem non pertinentibus inſertum eſt, celeberrimus *Schlözerus* annotationem admodum conſentaneam loc. cit. adiecit, et quidem ſequentem: Wird in *Baiern* nicht weit mehr geraubt wie im *Oeſterreichſchen*, *Preuſſiſchen*, *Hannöverſchen* etc. vnd warum? Iſt blos die Vrſache, hievon, wie iemand im Druck geäuſſert, weil dort nach Proportion zu wenig Militair im Lande iſt? Wirckt in dieſem Fall die grauſame Schärfung der Straffen etwas zu ihren Zweck?

liberaretur, et vera notione boni malique imbueretur, et, vt paucis dicam, ſi principia moralia ad captum vulgi adcommodata docerentur, ita, vt officia erga ſe ipſum, erga alios, dominum herilem, Principem Regnantem, Patriam et erga Deum, non intelligerent ſolum, ſed et iis conformiter agendo totam vitam ſanctificarent: tum ſcelera, delicta ac crimina plane forent inaudita, quippe quum per hanc efformationem vulgi niſi penitus vbique exſtirpata, magnopere tamen forent imminuta, nec ſupplicio adficiendus vltimo exiſteret vllus — .

Ad illuminandum autem vulgum vulgares ludimagiſtros minime exiſtimo idoneos. — — Tu, quem toto corde diligo, quia a te prolata z) quae philanthropiam diſerte et omnibus, ſenſum communem habentibus, intelligenter docent, et quoque mecum in erudiendo vulgo idem ſentis, mi *Synteniz!* fac et hic pro me ſermonem de flebili indole vulgarium ſcholarum agreſtium, earumque Magiſtris! Eure Schulen ſind die Anſtalten, in welchen eure Kinder zur Menſchheit, zur Ehrbarkeit, zum pflichtmäſſigen Leben, vnd zu lebendigen Empfindungen der Religion geleitet werden ſollen. — — — Was habt ihr für Lehrer in ſelbigen? vnd was wird darin gelehrt? ha! wie wird mir, wenn ich denke, daſs die Landleute der gröſſeſte Volkstheil ſind, daſs ſie bei der Einförmigkeit ihrer Lebensart wenig Reflexion über ſich ſelbſt anſtellen können, vnd daſs ſie gerade oft die Kenntniſsloſeſten ſelbſt Vngebildeſten vnter allen Schullehrern haben! Menſchen ſollen hier andere vnterrichten, welche ſelbſt keine richtigen Begriffe haben! Menſchen ſollen hier iunge menſchliche Herzen zur Rechtſchaffenheit vnd zu edlen Geſinnungen leiten, die nie übers menſchliche Herz nachgedacht haben! die beſchäf-

z) Menſchen Freuden vnd Reden im Menſchenton.

Beſchäftigungen, welchen ſie nicht gewachſen ſind, ſollen ſie noch dazu gern vnd getreu verrichten, da ſie doch ihren Schuldienſt nur als ein Nebenwerk zu treiben, vnd von ihren Handwerkern gröſſentheils ſich zu nähren gezwungen ſind! Iſt es möglich, daſs dies nun ſchon Iahrhunderte hat ſo fort gehen können, vnd immer noch ſo fortgeſetzt wird? Sieht man in der That das Verderben nicht, welches dadurch geſtiftet wird, oder will man es nicht ſehen? Wie? vnd denn wollet ihr Menſchen, welche als Thiere aufgewachſen ſind, dafür ſtrafen, wenn ſie über lang oder kurz als Thiere handeln? Können ſie denn anders? Iſt der rohe Räuber Schuld daran, daſs er raubte, oder iſts der, welchem es oblag, dafür zu ſorgen, vnd der doch nicht dafür ſorgte, daſs er frühzeitig das heilige Recht des Eigenthums ſchätzen, ein arbeitſames vnd mäſſiges Leben lieben, mit der göttlichen Vertheilung irdiſcher Güter zufrieden ſein, vnd das Bewuſtſein, keine Vntreue begangen zu haben, als den gröſſeſten Reichthum betrachten lernte? Ich verſichere euch, daſs ich auch den Werth guter Handwerksleute zu ſchätzen wiſſe; aber man laſſe ſie bei ihren Nehnadeln, Leiſten vnd Weberſtühlen — da ſind ſie an ihren rechten Ort; nicht aber an Schultiſchen. Wie ſegne ich doch ein Land — ia in ieder Morgenröthe mit gefalteten Händen will ichs ſegnen — in welchem der menſchenfreundliche vnd weiſe Regent den gröſſeſten Theil ſeines Volks werth hält, vnd die Schulen aufm Lande mit Lehrern beſetzt, welche den iungen Bauer vnd die iunge Baurin frühzeitig ihre Pflichten kennen, lieben, heilig halten vnd ausüben, lehren, ihnen bleibende Empfindungen der Religion einflöſſen, vnd ſie die Gegenwart eines für ihre Tugend ſegnenden Gottes allenthalben, in ihren Höfen, auf ihren Feldern, vnd in ihren



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-432639-p0021-9

Thälern ſinden laſſen! Hier, Brüder! bei dem zahlreichſten Theil der Nation muſs der Anfang gemacht werden, wenn allgemeine Volksbildung vnd allgemeine Volksglückſeligkeit ſtatt ſinden ſoll! tz)

Talem erudiendi methodum praeceptores agreſtes ſibi facilius acquirent, ſi ipſi, iuxta manuductionem *Streſouianam* aa), ſibi notos facerent libros, potiſſimum in gratiam vulgi conſcriptos. bb) — — At, ſtupiditate plebis ſublata, et vulgo vndique ſerenitate et lumine mentis ornato, nonne ſalus totius, ſeu publica, labefactetur? Omnino mihi compertum eſt: a ſocietate *ſcientiarum Regia Berolinenſi* paradoxon illud contemplationi commendatum eſſe, vtrum nempe ſit bono communi illuminatio vulgi proſicua? *Rouſſeau* cc) inter et *Raynal* dd) medium tenuere beati.

*Rouſſeau* amabilis ille fanaticus, cuius collata tot in genus humanum merita naeuis atque principiis imaginariis minime obfuſcantur, et quem a prima iuuenili aetate aduerſa fortuna male habuit vsque ad mor-

tz) lib. cit. p. 226—228.

aa) Handbuch für Schulmeiſter.

bb) Refero huc inprimis Anweiſung für Schulmeiſter niederer Schulen zur Pflichtmäſſigen Führung ihres Amts, a verbi diuini miniſtro *Riſt* omni ſolertia conſcriptam. *Brückneri* Predigten für Vngelehrte. *Simonis* Catechiſmum fürs Landvolk, quem *Societas Regia ſcientiarum Berolinenſis* lauro coronauit, et librum ad captum vulgi mirifice contextum, der Volkslehre.

cc) *Emil.*

dd) Qui magnam gloriam ſibi conciliauit, dum ſcripſit historiam philoſophicam et politicam de occaſione detectionis vtriusque *Indiae* ibique commercio Europaeorum.

mortem, ee) atrabilari animi affectu ex ſocietate humana omne proſcripſit ſtudium, eruditionem, atque exclareſcentiam, vt generi humano pernicioſiſſimam. Quo facto educauit *Aemilium* ſolis obedientem ſtimulis naturalibus, et ſolis principiis in educando ſimplicioribus imbutum. Principia autem iſthaec ex regno ideali deſumta ſunt, in mundo praeſenti peregrina, atque abſona, quibus ergo minime ſtandum — *Raynal* autem peccare videtur in exceſſu, in libello reuolutionis ſtatus *Americani* titulo inſcripto, ff) vt vulgus principia declamet, permittens, quae ex intimis iuris publici viſceribus depromta ſunt, et in ore plebeio obuia et non ſatis intellecta, ſemper ad rebellionem adſpirant. gg)

Ne

ee) I. I. *Rauſouuii* curriculum vitae in den chronologen opellis *Weckerlini*, quibus plus veritatis liberiori animo prolatum ineſt, quam libris folii quantitate extenſis.

ff) teutonice: Staats Veränderung von America, 1782.

gg) libr. citato ſic p. 9. effatus. Hütet euch die ihr am Ruder ſizet, daſs das Volk, wen ihr ihm eine neue Laſt aufleget, ſich nicht mit empörendem Eifer dagegen ſezt; vergeſst nicht, daſs eure Macht, blos auf der Meinung des Volks gegründet, vnd die Macht derer die regieren eigentl. blos auf die Macht dererienigen, die ſich regieren laſſen, beruht. Seit nicht Schuld, daſs das Volk, welches bei ſeiner Arbeit alles übrige vergiſst, vnd in ſeinen Ketten ſchläft, ſeine Aufmerkſamkeit auf Wahrheiten richtet, die euch furchtbar ſind. So bald der ſchreckliche Anblick kommt, daſs ihm die Augen aufgehen; ſo bald es denckt, daſs es nicht für ſeine Obern. ſondern die Obern, für ihn, da ſind; ſo bald die Einwoner ſich einmal mit einander vereinigen, vnd einſtimmig ſagen können: das Geſez wollen wir nicht, dieſer Ge-



brauch

Ne vero limites excedantur, ſic mea quidem ad datam quaeſtionem *Berolinenſium* paradoxam ſe habet reſponſio. Eſt modus in rebus ita, et potiſſimum hic — antea autem, quam de erudiendo populo meam in medium proferam ſententiam, quaenam ſit *notio vulgi*? ſeu quid ſibi velit *verbum vulgi*? ſtabiliendum eſt. Hanc per vocem intelligere nequeo complexum totius populi, nec omnes in re publica, quibus competit gloria obſequii, in oppoſitione erga Imperantem. Minime. Res mihi hic eſt cum omnibus, qui ſtudiis et rei litterariae non ex profeſſo incumbunt. Nec porro ſub vocis idea complector, qui per natiuitatem iam reliquis eminent, nec qui ſtatu in ſocietate excellentiori ornati, vel munerum publicorum gerendorum capaces ſunt, quamuis in litteratorum numerum non referendi.

Plebem,

brauch misfällt vns; ſo habt ihr länger nicht zu wählen, ihr müſst nachgeben, oder raſen Strafen, Schwach, oder Tyrannen ſein vnd eure Macht, die nun entweder verabſcheut, oder nicht geachtet wird, ſie ergreiſe welche Partei ſie wolle, hat von Seiten des Volks nichts anders zu erwarten, als offenbare Geringſchätzung oder heimlichen Haſs,

Porro pag. 26. Es frägt ſich: ſind die Nachkommen verbunden, dieſe mit freier Wahl ihrer Vreltern errichtete Regierungs-Form, wenn ſie auch mit den heiligſten Eiden, vnd mit einſtimmigem Entſchluſs bekräftiget, oder gleichſam veriähret iſt, auf immer beizubehalten? Ich ſage nein!

Porro p. 27. Ein ieder wählt vnd will für ſich ſelbſt vnd nicht für einen andern. Es wäre alſo vnſinnig für einen der noch nicht gebohren iſt, vnd vielleicht nach Iahrhunderten erſt gebohren wird, zu wählen, vnd zu wollen. Ein ieder der mit der Regierungs-Form ſeines Landes unzufrieden iſt, kan für ſeine Perſon hingehen, wo er eine beſſere zu finden glaubt. Iede Societät hat daſſelbe Recht, ihre Regierungs-Form zu ändern, welches Vorfahren hatten ſie anzunehmen,

Plebem, ſeu infimam in republica ſortem, nihilominus hic non intelligo ſolam, ſed etiam mercatores, rei nauticae operam dantes, artifices, aeque ac opifices, mercenarios, agricolas, nec minus eos, qui ſubſunt milites exercituum ducibus.

Hi omnes ſunt, homines, et vt talibus competunt eis non ſolum obligationes, ſed et iura, iura, inquam, per eorum eſſentiam atque ſcopum non minus, quam iura principis, aeſtimabilia et ſancta.

Horum autem obligationes ſeu officia reſpiciunt nos ipſos, vel alios, ergo vel ſtatum ſolitudinis vel ſocietatem. Ad primam claſſem referenda officia nobis ipſis et Deo debita. Quoad officia Deo praeſtanda explicandum nihil in ſcholis eſt, niſi quod vitam ſanctificare poteſt, vt ſpes et fiducia ad ſalutem aeternam erigatur et firmetur. Minime hic cognitio dogmatum, quae magis vſum theoreticum quam practicum habent; eo minus diſputationes altercationesque theologicae, quas vulgus non intelligit, et eum ad intolerantiam, ſeditionemque fanaticam poſſunt commouere. Vt taceam tot in hiſtoria obuia funeſta exempla, igniferum cruentumque exemplar tumultus *Gordoniani Londinum* perturbantis, eſt in promtu. —

Officia nobis ipſis debita perſcrutanti obuiant obligationes, quae animam et corpus reſpiciunt, atque ad victum et amictum pertinent, ita et officia intuitu exiſtimationis, honorisque conſervationis. Quoad *animam*, excolenda eſt ſana ratio, quae aptiores nos reddit ad id gerendum, quod ad vitae genus indiuiduum et ab homine electum pertinet. Abſit hic omnis exceſſus in efformandis ideis, quo noſtra aetas ſapit. Iſthaec erudiendi methodus horum hominum animum

magis

magis ideis obſcuris obruit, quam elucidat; et euadunt per eam homines ſemidocti, permultum damni atque iniuriarum rei publicae inferentes. *Corpus* quod attinet, exponenda ſunt principia *Tiſſotiana* hh) ad conſeruandam corporis ſanitatem, nec minus ad corpus roborandum, vt non opus habeant ſanitatem omnemque vitam medicis credere circumvagantibus, ſed morbo laborantes viris vtantur vere in arte medica doctis atque experientiſſimis. Obligatio ad paranda *bona externa*, vt eo efficacior fiat atque euadat, ante omnia erudiendi ſunt in negotiis, quibus, quae ad victum et amictum neceſſaria ſunt, acquirantur. Inde omnes naeui, omniaque opificum inutilia, vnitis ſacri Romani Imperii Principum viribus, tollenda ſunt atque delenda.

Porro adhortatio ad praeſtandam diligentiam ſolertiamque eſt neceſſaria. In eum quoque admonendi ſunt finem ne acquiſita dilapident, et bona et vitam deuaſtent ebrietate, aliisque prauis voluptatibus. Sic mores perditi ſanandi ſunt et emendandi, et vulgus ad vetuſtam frugalemque vitae generis rationem, et ſimplicitatem eſt reducendus. Vſus legitimus et recta adminiſtratio bonorum doceatur. Verus ingeniis formandis innoteſcat facultatum externarum ſcopus, auaritiam vt effugiant ſordidam.

Quisquis *bonum nomen* et infucatam *exiſtimationem* magni faciat. Ne autem vana gloria et vulgus extumeſcat, honoris vera emendanda eſt indoles, quod nempe integritas morum, ſinceritas animae, atque fides in negotiis gerendis in ſponſionibus, pactis, atque contractibus, ſanctiſſime ſeruata gloria ſit optima. Plebis vt etiam ambitio titilletur, neceſſarium eſſe exiſtimo. Hoc ſi rite fieret, plebs ſe diutius non ipſe

hh) Tiſſot Anleitung für das Landvolk.

ipſe flocci penderet, cum ſordidis nequiſſimisque hominibus non amplius communicabit, et alacriorem et indefeſſum in rebus gerendis ſe praeſtiturus eſſet, quam vbi negotia, vi metuque coactus, agit.

Officia in ſtatu *ſociali* nobis ſancta, ad vlteriorem reſolutionem quaeſtionis ſupra dictae, ad vulgi debita applicans, ob pagellarum praeſentium penuriam, mittam omnia quae ad ſocietatem herilem atque domeſticam pertinent; et oratio mea ſe ſtatim convertit ad ſocietatem civilem, in qua quippe potiſſimum nimis edoctus vulgus rei publicae nocivus eſſe poteſt.

Spectantur hic obligationes erga rempublicam eiusque Principem regnantem. Enodatio explanatioque igitur ad vsque viuam viridemque conuictionem hic neceſſaria eſt: quod nempe Regnans non de ſalute totius reipublicae ſolum, ſed etiam cuiuscunque illius membri fortuna domeſtica promouenda augendaque ſollicitus ſit, et quod leges ab eo latae, non ſolum ſint mandata Domini Regnantis, ſed et potiſſimum praecepta patris, pro augendis liberorum felicitatibus, ſumme neceſſaria. Hocce principium ſat ſatisque in vulgi cordibus ſtabilitum, omnes eo maiori applauſu atque procliuitate ad omnem fidem, obſequium, obedientiam Patriae eiusque Regnanti praeſtandam alliciet, et eo adducet, vt quam lubentiſſime recipiant dogma illud, in omni republica abſolute primum: et *opibus noſtris, et honore et vita quoque noſtra, et noſtrorum, ad defenſionem Patriae Principisque noſtri obligatos atque adſtrictos eſſe*; et quoque hoc principium in omnibus actionibus, tanquam regulam ſupponant, ad quam per totam vitam actiones ſuas ſunt compoſituri.

At! nihil vulgo euoluendum eſt de *iuribus* ſuis? Nil dico! Quod enſis et venenum in manibus imprudentum furioſorumque, id eſt talis eruditio — Quamobrem? Intellectu et ratione imbecillis admodum eſt vulgus et plebs, et omni iudicio diſcretiuo deſtitutus in diiudicandis applicandisque his iuribus. Non enim data, ſed imaginaria occaſione argutiis perſequetur, num hoc vel illud a regimine mandatum, idoneum aptumque, anne potius iuribus ſubditorum contrarium ſit; et ita ſciolos plurimumque ſibi arrogantes ſeditioſus turbulentusque aliquis, fallaciloquentia ſua, ad rebellionem inflammabit horrendiſſimam, cuius rei hiſtoria cruenta, ſaepius et ſanguine ciuium et regum maculata, in annalibus deſcripta legitur. — — —

Vos autem maxime per Deum immortalem rogo, atque obteſtor, Vos, inquam, Praeceptores, Inſtructores, Doctores Principum, ſummis precibus obſecro, atque obteſtor, vt, in prima iuuenili aetate, in qua Aulicorum calliditas et blanditiae, aliaeque affectuum turbationes animum non commouent, vt, inquam, Sereniſſimum Iuuenem ſolide doceatis Religionis Chriſtianae dogmata aeque ac principia moralia, quae, per totam vitam, ſentiendi, cogitandi agendique modum Deo placentem, ſubditis autem frugiferum reddant — Potiſſimum conuincatis futurum heredem Regium; quod ſit Deus, pro quo et Reges nihilo ſunt, infimus ſubditorum autem in oculis Dei habeatur magnus, quam ob rem, et eius ſanguinem poſtulaturus ſit e Principum manibus — Enucleetis ei veritatem illam magnam: et Reges eſſe mortales. Cognitam ei non modo reddatis, ſed cordi ipſius imprimatis debitam hominibus exiſtimationem, ob ſui ipſius naturam atque eſſentiam; et minime celetis, quod non ſubditi Principis regnantis gratia adſint, ſed

Prin-

Princeps in Solium Regium euectus, ſubditorum cauſſa, vt nempe ſalutem ſubditorum ad ſummum promoueat faſtigium. *Pauca* ei explanetis *in iuuentute*, de iuribus, *longe plura* autem de ſuis obligationibus et officiis. Perſcrutemini cum Adoleſcente Celſiſſimo hiſtoriam, et exinde demonſtretis, regna ad ſummos gloriae gradus Principis virtute ſublata, vitiis vero et flagitiis Imperantium ad incitas vsque eſſe redacta — Deducatis eum ad primordia ciuitatum, vt certiorem ſe ipſum faciat: libero populi arbitrio ad promouendam tuendamque ſui ipſius ſalutem, demandata eſſe gubernacula Principis manibus, et ex hoc demonſtretis iura ſubditorum ſacratiſſima; et hoc modo erudiendum conuincatis, armatis licet vigilibus centies multiplicatis, ad tuendum Tyrannum, cuſtodiam imbecillem manere, itemque, quod mille armati flocci fuerint, cum dirae poteſtati ſubditi, crudeliſſime per plura temporis interualla cruciati, obedientiam renuntiant — — —

Vt paucis me expediam, edoceatis Principem principia *Philoſophi Regii*, qui in *Sans Souci* ſceptra tenet ii), pariterque dogmata *Marmontelii* kk), *Halleri* ll), atque *Wilandi* mm); et ſic edoctus, euadet non ſolum Princeps prudenter et ſapientiſſime regnans, ſed et Patriae Pater optimus. — nn)

Licita

ii) Antimachiauel.

kk) Beliſair.

ll) Vſon.

mm) Goldner Spiegel, ibique hiſtoria imperatoris *Tyſan.*

nn) Ita educatus eſt *Ioſephus IIdus, Imperator ille Germanorum*, qui in vno, poſt obitum *Thereſiae* immortalis, ſui regiminis, anno, id, regendo effecit, quod *Iuſti* iam pridem effatus; *Auſtria ſuper omnes, ſi velit;* ita

Licita mihi ſit apoſtrophe haec! Contemplando, quid vulgo ſaluti, dilucidatio, nec ne? commune bonum, adeo mihi curae cordique erat, vt haec, quam magis effuſa ſit; et omitti non poſſe mihi videretur, prorſus conuicto, quod, educatione Principis in futurum regnantis, ſecundum principia a me propoſita, inſtituta, vulgi iura ſalua atque intacta manſura ſint; et ita reſolutio mea problematis a *Berolinenſibus* compoſiti, hic incidenter et per modum fragmenti tentata,

ita educauit *Fridericus, Boruſſorum Rex,* qui ſaeculo huic nomen daturus eſt ſuum, qui omnia in Politicis, Ciuilibus, Oeconomicis, Cameralibus, aeque ac Militaribus ita inſtruxit, vt viribus regni, quoad menſuram geometricam non late patentis, ſed exigui, inaudito modo, incredibili modificatione concentratis, potentiſſimorum Europae Statuum vnitis et adverſus ſe directis viribus non reſiſteret ſolum, ſed ex crudeliſſimo bello, in ſalutem ſuae gentis, pacem reportauerit glorioſiſſimam (vid. Sapientiſſimi Regis Sapientiſſimi Status Adminiſtri ab *Hertzberg* commentationem *über die innerliche Stärke der Staaten vnd ihrer verhältnismäſſigen Macht gegen einander*) ita, inquam, Ille omnium Regum, dotibus annimi Primus, regium ſuum heredem *Fridericum Wilhelmum* efformauit. Nec alia methodo Viri, nominis ſane magni, a *Teſſin* et a *Schaeffer* edocuerunt et inſtruxerunt *Guſtauum* IIItium, qui, quod antea in annalibus inueniet nemo, *Suecorum, Gothorum*, ac *Vandalorum*, regna, et ne vna quidem ſanguinis guttula ciuium effuſa, ad priſtinum, ab immortali *Guſtauo Waſa* in regnando, praeſcriptum reduxit ordinem — — — Et quod noſtra, *Optimi Ciues*, praecipue intereſt — — — gaudete! laudemque, gloriam atque gratias *Patriae noſtrae Patri Optimo* perſoluite deuotiſſimas, SERENISSIMVS, CLEMENTISSIMVS DVX AC DOMINVS NOSTER SAPIENTISSIME REGNANS, IPSE, hiſce a me prolatis principiis *Principem Noſtrum Hereditarium Fridericum Franciſcum* imbuit — — — — —

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-432639-p0030-9

ſtata, tamen omne in ſe continere poteſt, quod ad eſſentiam rei, ad perſcrutandum praeſcriptae, pertinet. — — —

Sed redeo ad thema mihi propoſitum. Sapientia, pietasque *noſtri Ducis Clementiſſimi* non inſtructionem ſolummodo ſumme iuſtam et ratam praeceptoribus ruſticanis dedit, oo) ſed et ſeminarium ad formandos paedagogos inſtruendum, curau t, quo aptiores ad erudiendam iuuentutem plebeiam reddantur illi. Quia autem hoc, alias omnino laudabile inſtitutum, vt mihi nempe compertum eſt, meliorem tantummodo in principiis Religionis eruditionem pro ſcopo habet, mihi in votis eſt, PATRIAE PATRI OPTIMO, *ordines noſtri provinciales*, vero patriotismo commoti, ſe iungerent in fundando expenſarum fonte, ad augendum extendendumque paedagogorum ſeminarium neceſſario. Vtinam hoc meum votum in bonam partem acceptetur. Hoc enim ſi accideret, ſcholae noſtrae ruſticae in genere emendarentur, et quidem ita, vt non ſolum iuuentutem paganam Religionis noſtrae dogmatibus ac principiis moralibus, ad captum vulgi adcommodatis imbuerent, ſenſum intellectumque communem efformarent; ſed etiam in alienarum ſcientiarum, ad ſalutem hominum agreſtium temporalem pertinentium, rudimentis, eosdem inſtruerent. pp)

Scho-

oo) Handbuch für die Ehren Geiſtlichkeit in den Herzoglich-Mecklenburg-Suerinſchen Landen Tit. VII. *vom Schulweſen.*

pp) Tale ſeminarium in vtilitatem praeceptorum rure degentium, inuenitur inſtructum, in *Carlsruh* a *Principe*, in re literaria nemini ſecundo vid. *Schlözeri* commercium epiſtolicum part. 9. faſc. 54. n. 56.

Scholis bene inſtructis non minus *tabulas*, ſeu *deſcriptiones morum vel vitae agendique rationis*, praecauendis criminibus, exiſtimo congruas.

Quem, quaeſo, harum tabularum ſeu deſcriptionum fructus atque vtilitas in re militari fugit? Nonne *Ioſephus IIdus*, ſuae gentis ſapientiſſimus Legislator, tabulas has, officiorum gerendorum cauſſa, per totum ſtatum ciuilem introducere voluit?

Vt autem in educandis liberis nil cum impetu faciendum, ita et hic. Ante omnia Sacerdotes parochianorum ſuorum ſibi concilient fiduciam, vt eo facilius perſcrutari poſſint fontes, atque origines affectuum, quibus commoti, prauam illi ſectantur concupiſcentiam ad delicta, occaſione data, committenda.

Hoc facto, emendandi ſunt animi ſenſus atque cupiditates, vt aberrantes in rectam reducant viam. Hoc melius videtur atque vtilius, quam ſi minis poenarum *Sodomi* et *Gomorrhae*, peccatores inſequantur. Quodſi autem Sacerdotes ſic pro moribus vitaeque genere eorum, quibus a confeſſionibus ſunt, vigilarent, et taxandos, omni licet adhibita ſolertia, non ad frugem redigendos meliorem, adnotarent; atque Magiſtratus horum naeuorum faciant certiores: tunc ſeriori admonitione Magiſtratus vituperandos atque vitioſos a flagitiis dehortarentur; et tali modo, occaſionem delinquendi cito praeſcinderent omnem.

Vos Confeſſionarii! quibus cura animarum demandata eſt, qui taque vulgi ſalutem aeternam, quantum in vobis eſt, promouere tenetis, et vos, qui in vrbe et praefecturis, iuſſu Principis, munere Magiſtratuum fungimini! in ſalutem publicam, vos ego obteſtor,

vt, vnitis viribus, communicatisque conſiliis, mores vulgi et plebis Religionis principiis et virtutis regulae conformetis, ne degenerent ita deprauati, vt is tandem ad vltimum cruentumque ſupplicium trahendus ſit, quem incuria veſtra neglexit, et qui criminoſus futurus non fuiſſet, ſi per veſtram prouidentiam, qui a tramite recto declinant, in virtutis viam eſſent reuocati.

Sed ſatis de hoc. Proſequamur meditationem de mediis crimina eradicandi vel minuendi, ad alia et vlteriora.

Pro hoc ſine mihi obtinendo arrident quoque *Praemia.* Quid enim in arduis animum addere ſapere audentibus, quid potius ad excelſa quaeuis ſtimulare poterit, quam honor et gratus animus in praemium virtutis oblatus? Imo quid eſt, quo magis diligentia et induſtria apud artifices, circa rem agrariam, et res opificum, et quae ſunt alius generis, aucta et multiplicata ſiſtitur, praeter praemia? Nonne iam dudum eſt Politiae principium, id, praemiis datis, efficere, quod mandatis obtineri nequit? Quis eſt denique, quem fugiat corona ciuibus *Romanis* ob bene merita data, et ſigna honoris ad promouendam et augendam virtutem bellicam, merentibus perſoluenda? Quis ignorat ordinem equeſtrem, in glorioſam memoriam *Guſtaui Waſae* a *Guſtauo III*, tanto atauo digniſſimo conſtitutum; ita et in *Patria* noſtra numisma a DVCE NOSTRO SAPIENTISSIMO inuentum, et pro bene meritis clementiſſime deſtinatum; ordinem ſicuti a PATRIAE MATRE SERENISSIMA BENIGNISSIMA ATQVE OPTIMA, in gratiam *Conuentualium* humaniſſime fundatum? Praemia itaque ad virtutem in omni vitae genere promouendam, et hinc, ad eradicandum crimina omnino eſſe perutilia, tam certum eſt, quam quod certiſſimum.

Deter-

Determinatis, quodſi itaque, certis diebus anniuerſariis, Magiſtratus vna cum ſacerdotibus, reliquis ciuibus, iuuenem bonis moribus ornatum ac diiigentia reliquos ſuperantem, vel ciuem pium, rem familiarem optime gerentem, et aliis virtutibus ciuilibus prae reliquis eminentem; quodſi Praeſules Praefecturarum et Dynaſtae praediorum cum Paſtoribus loci, reliquis praediorum incolis, iuuenes, puellasque et patres matresue familias, morum puritate, pietate, diligentia, et ſolertia, in rebus domeſticis, et agreſtibus aliisque oeconomicis, et reliquis virtutubus ruſticis, praeſtantes, in exemplum producerent, et ſermone, occaſioni apto habito, ex aerario publico, vel ex opibus Dynaſtarum, aliquo ſtipendio remunerarent; nomina virtute excellentium, in ſempiternam memoriam, in libros publicos, huic ſcopo honorifico dicatos, inſcriberent, reliquosque vt horum veſtigia ſequantur facunde et cum grauitate admonerent: tum profecto admirabilis inde oriretur euentus pro colendis omnis generis virtutibus, animisque a criminum tortuoſa via abducendis.

Pari modo immortalis Liber Baro *de Ketelhoth*, Vir Chriſtianus, et Doctiſſimus, Miniſter Status ſuper omnes laudes excelſus, et in Filio animi dotibus paternis Excellentiſſimo hodienum viuens, pari inquam modo, Vir ille Magnus in Dynaſtiis ſuis, pro diſtribuendis praemiis virtutis caſtitatis ruralis, ſplendidiſſimum illud *Raſarum feſtum*, in ſempiternam ſui nominis gloriam, adornauit. — — —

His peractis, dicenda ſunt, quae in relatione ad *Politiam* pro fine criminum profligandorum, maxime mihi viſa ſunt vtilia. Scholis ruſticis ita et oppidanis, vt ſupra dictum, inſtructis; Sacerdotibus morum puritati aeque ac bonitati quam diligentiſſime invigilantibus; deſcri-

deſcriptionibus, ſeu tabulis morum non conditis ſolum, ſed etiam aberrantibus per Magiſtrum, paterna lenitate et ſeueritate, in rectam viam adductis, praemiorum corona virtuoſis coronatis; nihiloſecius tamen flagitioſis rempublicam male habentibus, atque turbantibus, *Politia*, ſeu ordo diſciplinae ciuilis, praeclariſſime inſtitutus, agat vbique excubias.

Non in eum finem ſolum, ne vagabundi graſſentur deuaſtantes rempublicam, nec in diuerſoriis tum vrbicis tum paganis ſe abſcondant homines otioſi, naeui, atque teterrimi; qq) ſed in eum finem quoque, vt omnes, debita diligentia, omnium generum negotia ad ſe ſuosque alendos idonea aeque ac licita, quiete et abſque turbationibus peragere poſſint, et rem familiarem et domeſticam hinc, illinc turbatam ſubleuare queant, ne luxuria et negligentia ad omne malum impellantur, imo perditis atque deſperatis rebus, habeant quo ſaluti ſuae conſulere valeant, atque ita non flagitiis, delictis, criminibusque ſemet deſpondeant, ſed omnia, qualiacunque ſint delictorum genera refrenentur, iisdemque eripiatur occaſio atque infringatur. — —

Venio

qq) *Patriae* noſtrae in his ſatis prouiſum eſt. vid. omni laudabili ſolertia, in gratiam omnium noſtrorum compilatum *Repertorium* Iuris *Mecklenburgici Spaldingianum* p. 369. von herrenloſen Knechten p. 98. von Bettlern p. 216. von Diebs- und Räuber-Geſindel p. 852, von Ziegeuner. Nec minus apud *Roſtochienſes* Magiſtratui vrbico laus et gloria debetur, quod viſitatione inopinata et aſſidua ab hominibus otioſis et graſſantibus ſubinde purgent diuerſoria, et ita ſecuritatem promoueant publicam.

Venio ad vltimum, vt mihi viſum eſt, ad praeueniendum criminibus, medium. Haec tandem, poſt tot mitiora, absque ſperato euentu, adhibita, durior erit criminum deſtruendorum medela; et *poena* non ſolum *condigne*, ſed et *ſenſibus quam maxime percipienda* in delinquentes tunc eſt conſtituenda, et exſequenda. Ne autem ſuperioribus me quisquam arbitretur contraria docturum, et nunc poenarum commendaturum duritiem, mentem meam, ſequentem in modum, explanare liceat.

Vtique non in genere fauео poenis *capitalibus* vsque dum hodie, ſecundum *Conſtitutionem Criminalem Carolinam*, infligendis. Minime vero eam ob cauſſam diſſentio prorſus ab iis, qui poenas capitales a *Nemeſi Carolina* ſancitas, vbique propugnant, quaſi ſim ex iis, qui homini in hominem *ius vitae et necis* omnino denegant; rr) ſed eatenus tantummodo diſſentio, quatenus nonnulla delicta inter et poenam capitalem a *Carolo V.* praeſcriptam, proportionem inuenio prorſus nullam, et conſueta quoque explicatio *Capitis IX. Geneſ.* qua, l. c. Theologi, et Iureconſulti legem abſolutam, quae iubet adfligere

rr) Hi, fundamentum huius iuris non ſolide detexerunt. Etiamſi enim neminem mortalium hoc ius, ſibi in ſe non competens, alteri, neque pacto neque alio modo concedere poſſe, tam verum eſt, quam quod veriſſimum, et hocce principium ita munitum eſt, vt ab auctoritate perilluſtris *Michaelis* in praef. ad part. 6. *Iur. Moſaici* p. 170. non poſſit deſtrui; nihilo tamen ſecius competit *ius vitae et necis* hominibus ex principio, quo demonſtratur ius belli — Ob anguſtiam harum pagellarum, iamiam latius, quam pro more conſueto licet, patentium, mitto ſcire cupidos ad *Perilluſtris Dariesii*, amici, fautoris et praeceptoris quondam mei ad cineres vsque colendi, *Inſt. iurisprudent. vniuerſal.* §. 359, 546, et 547. — —

ſligere homicidam, hinc quoque infanticidam, poena capitali, inuenire volunt, multis mihi iam dudum viſa eſt inuoluta dubiis: vtrum nempe hic, lex lata ſit expreſſa, anne potius, pro rerum tum temporis circumſtantiis, ſolummodo conſilium diuinum et paterna conſolatio aeque ac hortatio, in ſecuritatem non ſolum familiae *Noachi*, ſed et totius ſuturi hominum generis, directa, illo loco, habeatur; ss) et porro, ſi, loc. cit. lex inuenitur, vtrum tantummodo primam generationem obliget *noachiticam*, anne potius lex ſit, in perpetuum obligatura.

His

ss) Quam vellem, Philologus, at non novaturiens, ſed veris noſtrae ſacratiſſimae Religionis principiis imbutus, ſecundum verba textus hebraici, inſpiratione diuina ſcripti, hoc caput. IX. Geneſ. explanaret, atque in relatione ad priſtini illius temporis circumſtantias explicaret, et, hoc enucleando, animum ad id intenderet, quod ſcriptum legitur in pagellis anonymis: *Veber den Kindermord hingeworſene Gedanken eines viermal Nicht-Facultiſten*, ex quibus ſequentia excerpo:

Hier Geneſ. 9. ſiehet alſo der gerade, ſchlichte Menſchen-Verſtand keinen Geſetzgeber und kein Geſetz, ſondern alles, was er ſiehet, iſt ein gütiger liebreicher Vater, der das ſchreckhafte Häuflein aufmuntern, aufrichten, tröſten, ihm neuen Muth machen, vnd deſſen Gegenliebe vnd kindliches Zutrauen gewinnen will, vnd durch ſolche Aeuſſerung auch ſonder Zweifel gewonnen hat.

Alles, was man daraus, in Anwendung auf den Menſchen-Mord, folgern kann, iſt dies: Er wird gerochen werden von Gott vnd von Menſchen, von dieſem vnd ienem — vnd wann es ie an dieſem fehlen ſollte, doch ganz gewiſs von ienem.

Man muſs ſeinen Kopf von Iugend auf mit der Theologen Oeconomiis diuinis vnd den ſogenannten Praeceptis Noachicis erfüllt haben, um in dieſem Texte etwas anders zu finden, oder mit vnſern lieben guten



Iuriſten

His praemiſſis praemittendis, intelligo per poenam condignam, delictis vbique proportionatam, eam, quae apta eſt ad criminoſum, dum inter viuos manet, ad meliorem frugem reducendum, atque exemplum ſimul reliquis dandum, quo a pari delicto deterreantur.

Flagitiorum vnusquisque igitur eam luat poenam, quae praeſcripta eſt legibus. Nulla principis aggratiatio eius, quem *Iuſtitia* condemnat. Quo ſtatu ſublimior eſt maleuolus, quo excellentiori nitet dignitate, eo fortiora atque ſtringentiora ei eſſe debent motiua ad bona praeſtanda, malaque fugienda. Multo maiori itaque moralitatis gradu is peccat, quam plebs; eo ſeueriori ergo poena in exemplum reliquis frugiferum, non vlla dignitatum familiarumque habita ratione, eſt plectendus. Profecto exemplum poenae, inter mille alia maximum praeſtabit fructum, ſi, ex procerum ordine in facinoroſum degenerans, byſſis, ſericis, auroque diſtinctis veſtimentis indutus, ad operas publicas condemnatus, inter alios, ex infima ſorte plebis, criminoſos, carrum per plateas trahere deberet, — —

Accidit

Iuriſten — was nur Sie als Sonntagskinder mit zween Augen ſehen vnd überall ſehen können — vom Geſpenſte der Geſetzgebung geblendet vnd irre geführt ſeyn, um zu glauben, daſs Gott in dieſem Zuſammenhange von Vmſtänden als Geſetzgeber habe auftreten wollen. Gnade ertheilt man noch wol heutiges Tags, wenn man die Devotion ſeines Volks gegen ſich in ſo hohem Grade gewahr wird, daſs es in Opfern vnd Supplicationen ſich zu vns nahet. Aber zum Geſetzgeber wählt man ſo feierlichfreudige Auftritte, vnd einen für vns ſo ſchmeichelhaften Augenblick gewiſs nicht.

Accidit tandem iſte flebilis eventus, quo Legislator delinquentem, tantis pollutum criminibus, inuenit, et ita reipublicae pernitioſum, vt diutius inter viuos, ob periculum ab eo imminens, non tolerandus, ſed vltimo a *Iuſtitia* mulctandus ſit ſupplicio; abſint omnia cruciatuum genera, et *poena gladii* in omnibus delictorum capitalium generibus, ſibi locum vindicet, ne moribundi anima, vsque ad deſperationem de ſalute aeterna perturbetur. Pro qualitate, hinc atrocitate criminis autem, gladio necati, tum vel rotae imponantur, vel comburantur, vel diſſecentur, et cadaueris partes, in conſpectu omnium, in portis, ſeu plateis praecipuis ſuſpendantur. Cum maleficus vltimo ſupplicio adficiendus, in carcere ſatis a Sacerdotibus praeparatus eſt, antiſtitum comitatus, abuſus tollendi cauſſa, ad ſupplicii locum, nullus eſto. tt) In loco autem executionis exſpectet confeſſionarius delinquentem, eidemque adſiſtat pro fide et fiducia moribundi in merita

tt) Apud *Hamburgenſes* antea infanticidae cum confeſſionariis in rheda ad locum ſupplicii vectae ſunt, veſtimentis triſtitiae ornatiſſime indutae. Quia autem proceſſio haec decora, imaginationem huius vel illius puellae ita inflammauit, vt, data occaſione, quoque infanticidium in eum finem perpetraret, vt adeo bene ad vitam aeternam a ſacerdotibus praeparata, et ita bene veſtita, honorifico conductu, morti traderetur, mos iſte, vt ad locum ſupplicii, tanto ornatu veherentur, in deſuetudinem abiit. *Rex* autem *Boruſſorum* Magnus, occaſione *Stettini* data, quo miles commilitonem necauit, vt quoque tam bene praeparatus ad vitam aeternam, mundo relicto, accedere poſſet, quam is, qui, inter conſolationes ſacerdotum, in vltimo ſupplicio diem obiit ſupremum, ob abuſum, omne comitatus ſacerdotibus, ſi criminoſi trucidandi ſunt, interdixit. Quae prohibitio iuſtiſſima eſſe mihi videtur, quamuis permultum, in contrarium ſcriptum, inueniatur.

rita Redemtoris, ad vſque vltimum vitae halitum, conſeruanda. Abſint conciones ſeu ſermones, quos Sacerdotes, conſummato ſupplicio, in loco executionis ſtando facere ſolebant. Horum loco dies executionis ſit dies lugubris, et poenitentialis, quo, vna cum Magiſtratu, omnibus loci incolis, in templum diuinum congregatis, Sacerdos e ſuggeſtu ſermonem habeat, tali funeſtae occaſioni dignum, et animi et terroris adeo plenum, vt indelebilem vim in omnium cordibus, ad vitam emendandam, exſerat.

Hic *meditationi generali* de materia ſupradicta finem impono. *Specialia*, alio, haud procul tempore, quoque enucleaturus ſum.

Ad TE autem, SERENISSIME DVX, PATRIAE PATER OPTIME, ad *Vos, Illuſtriſſimi*, ſapientiſſimo Principi qui eſtis ſapientiſſime a conſiliis intimis, ad *Vos, Grauiſſimi Ordines Prouinciales*, nunc mea vertitur oratio. Si pagellae hae meae veſtra attentione dignae cenſebuntur, et a me prolata, ad ſcopum obtinendum, non omnino aliena videbuntur; adcommodetis illa in commodum *Patriae*, vt potiſſimum emendentur ſcholae noſtrae tum et vrbicae, tum et maxime paganae; tandemque *Codex* ille *Criminalis*, quem *Patria*, iam dudum exſpectauit, et in votis habuit, ne nobis deſit diutius. — Id eſt, quod in votis habeo, quod enixe, deuotiſſime, et humaniſſime, et hic quoque, *Vos*, oro, rogo, et obſecro.

PVBLICATVM
SVB SIGILLO RECTORALI,
FERIA PENTECOSTALI PRIMA,
cIɔIɔCCLXXXII.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-432639-p0041-0

ULB Halle 3
004 517 601

f

TA → OL

nur 1+8 verknüpft

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-432639-p0043-1

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-432639-p0044-7

ET HIC QVOQVE
DE
MEDIIS, AD EXSTIRPANDA CRIMINA IDONEIS,
ALIQVID,
PROGRAMMATE,

# DIEBVS PENTECOSTALIBVS FESTIS

DICATO,
SCRIPSIT

ACADEMIAE ROSTOCHIENSIS RECTOR,
IAC. FRIDERICVS ROENNBERG,
IVR. DOCTOR ET MORAL. PROF. PVBL. ORDINARIVS,
NEC NON
SOCIETATIS REGIAE SCIENTIARVM ATQVE ARTIVM,
IN ACADEMIA FRANCOFVRTANA AD VIADRVM
FLORENTIS, SODALIS.

*ROSTOCHII,*
LITERIS ADLERIANIS.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-432639-p0045-3